Relp. opera consilii cadere sub lege constitutente, quare bonitas objektiva moralis est conformatitatem ad aliquam legem, vel precepit acceptam, & obligantem, vel communiter acceptam, & confidentem. Ad 2. aliqui ut Alvarez exp.p.2. dist.130. ad aliquid afflumpum, ut omnino implicatorum per locum ab intrinseco quia si Deus non esset, nec etiam esset in nobis lex naturalis, quae est participatio legis aeternae; unde si nulla esset lex aeterna, ita nullum foret recte rationis dictamen, quod intantum taliter esset, in quantum eis ejus participatio; quare dato illo caso implicatorio, mendaciam v.g. una non forceat peccatum, vel malum invenit esse, sed potius monstrum naturae; quod si contendatur ad eum adhuc peccatum, & malum in genere moris, dicendum est, quod tunc recta ratio in homine, secundum quam judicatur aliud esse bonum, & aliud malum, esset lex aeterna, vel lex naturalis, fixe formaliter, fixe equivalenter.

cundum se, & ut tale est, nulla debentur honestas objectiva, & ut nihil etiam habeat per se dissonum, aut repugnans ratione, ut etiam Suarez concedit locc. ut etiam advertere, duo ad hanc indifferentiam objectivam requiri: primum est, ut in tali objecto fit aliqua ratio inferioris boni ad honestum, & quam sit appetibile, aliquin non posset esse objectum voluntatis, nec aliquam peciem actus dare in genere moris, alietum est, ut in se non habeat honestatem sibi debitam, neque oppositam iniuriam.

Ad 3. dicendum, Deum nos esse objectum honesti formae, in genere moris, sed tantum radicaliter, & fundamentaliter, tamen Dei dicti potest objectum honestum etiam formaliter in genere moris, quia etiam conformis legi naturali, & eternae, quod Deus est mandatus: Ad 4. jam dictum est quod de moralitate in communione, operationes Dei propriæ non morales, nequè propriæ laudabiles co generare laudis, quo laudabiles discuntur actus nostri boni; & meritiori, in conuenientia ex dictibz. ibi. sed laudabiliter auctoris ordinis: sicut nequa-

Solvuntur Obiectiones.

3 In oppositum Primo obicitur: assignari non posse unam, & propriam rationem bonitatis, & malitia objectivæ in genere moris; quia bonitas non tantum reperitur in entibus realibus, & positivis, ut in Deo, & elemosina, sed etiam in privationib; & negationib;; nam velle non machari, non occidere est voluntas bona; & honesta proper honefate nec negationis voluntate; convenit etiam rebus per extrinsecum tantum denominationem realem, ut confiat in objectis quæ sunt bona, vel mala præcise, quia præcepta, vel prohibita; nam alle precepum, vel prohibiunt tunc denominations extrinsecæ ex voluntate legislatoris in objectis derivata; ergo haec bonitas, vel malitia in communione loquendo nequit esse aliquid realis proprietatis, aliquoquin in puris negationibus reperiit non posset; neque ex denominatione extrinsecæ oriri; nec potest esse aliquid rationis quia à parte rei non datur in entibus realibus; nec deniq; agnoscipotest aliquid communie ab his praefindens, qui nul-

signari potest aliquid commune ab his praedicentibus, qui non talis potest excoigitari. Respondebat Suarez **2. deit. c. ii. n. 19.** honestatem objectivam esse aliquo modo realem, non tamen oportere, ut sit tempus per modum entis physici, sed fatis esse, quod sit per modum entis moralis, cuius natura jam explicata est **q. 1. art. 2. aub. 2. n. 23.** & hoc fatis est, ut possit aliquo modo concepti in communione, ut quid arbitraliter a physico, & morali; nam quale est esse unicuique rei, ita potest habere honestatem; & sic etiam privationes ipsae aliquam possunt habere honestatem secundum illud esse, quod tuo modo habere possunt in rebus. Clarius tamen responderemus potest ex dictis, quod loquendo de honestate, & malitia objectiva formaliter spectante ad genus moris, hoc universaliter loquendo convenit rebus per extrinsecam denominationem ex lege defunctum, & fundatur in aliqua proprietate morali, ut etiже probetur, vel praeceptum, & ideō indifferenter tam reperi potest in entibus realibus, quam in privationibus, & negationibus; & hoc etiam asserendum est de honestate, & in honestate illorum objectorum, quae dicuntur bona, vel mala secundum naturam, tēd dicuntur praecepta, quia bona, & prohibita, quia mala; nam etiam eorum bonitas, & malitia, quatenus peccat ad genus moris, à lege dependet, & dicuntur bona moraliter, vel mala, quia praecepta vel prohibita; quod si aliquis malitia, vel honestas videatur in ipsis praecepient, vel prohibient; jam dicimus hanc honestatem, vel malitiam in ipsis esse naturalem, & ad genus naturae spectare, nec dici posse mortalem, nisi radicaliter, & fundamentaliter.

Secundū obicitur, quod non fit ut ē explicata objēctiva honestas, vel in honestas, ut sp̄ciant formaliter ad genus moris, per conformitatem, vel disformitatem ad legem propriam. Etiam nam opera consilii sunt honesta; neque cadunt sublege, ut votum ingressus Religionis, ergo honestas objēctiva moralis datur fine conformitatem ad legem. Tum 2. quia si impossibile non est Deus, & estet creatura rationalis, adiuc illa honeste operari poset, vel in honeste, neque in tali hypocrate habet legem; ergo honestas objēctiva morelis non est conformitas ad legem, & in honestas disformitas. Tum tertium, quia Deus est objectum honestum, & tamen nullum respicit legem, cui conformetur. Tum 4. quia actus divinae voluntatis sunt boni moraliter, & laudabiles, & tamen non habent legem cui conformetur, cum Deus nullum habeat superiorem, & si per impossible Deus membrum, malo concurvarerit in eisceps moris; ergo honestas, nisi radicantur, & fundamentantur.

ARTICVLVS SECUNDVS.

Catere difficultates circa idem punctum
examinantur.

176. Xpedita porci difficultate de formalitate bonitatis, & malitia objectiva, remanent aliae quadam minoris momenti, breviter in hoc articulo resolvenda; Prima est, an ex bonitate, & malitia objectiva moralis jam declarata refundi possit bonitas, & malitia formalis in actu. Ratio dubitandi est quia una, & eadem res potest esse objectum boni, & malitiae; Deus enim potest esse objectum amoris, & eadem pecunia potest esse objectum liberalitatis, & avaritiae; ergo bonitas, & malitia actus ex objecto deluum nequit. Contra quia actus exterior v.g. largitio elemosinae est actus humanus, & bonus; & tamen suam bonitatem ex objecto non deluum; quia nullum habet objectum, sed potius ipsa est objectum actus interni. Demum actus exterior est objectum actus interni, quia est voltus per illum, ut pater de largitione elemosinae; & tamen tantum abest, quod actus interior bonitatem, vel malitiam sumat ab exteriori; quod potius exterior sumit eam ab interiori, quia est effectus illius; quod si dicamus hos actus sibi invicem bonitatem, & malitiam communicare, planè id astri nequit fine virolo, ac manifesto circulo.

177. Communis tamen sententia docet actu humanum sumere bonitatem, vel malitiam ab objecto. Neque oppositum tener Doctor, ut ei tributur à Thomistis, eo quod dicitur a. disp. 40. §. de secunda, primam rationem bonitatis in actu fini ex convenientia actus ad efficiens; etenim ut notat Valq. p. 2. disp. 50. c. 1. Scimus vindicari ab hac finis Thomistarum interpretatione, non ob id intendit bonitatem aliquam moraliter sumi ex convenientia actionis ad suam causam efficientem; sed potius dixit dicitur competerem actionis moralis ex convenientia, & optima reflexu multorum resolutae; subdit primam conditionem necessariam ad bonitatem moraliter sumi ex convenientia actionis causa, causa efficiente, & in executione, & primo modo est causa voluntatis, & prior illo: alio autem modo est effectus, & posterior ex quo nullus virtuosus sequitur circulus, quia non sunt ibi in vicem causa in eodem genere causa, sed diverso: ita pariter in proposito actu exteriori considerari potest duplex: primo secundum le, & ut in apprehensione movet objectum voluntatem ad actum interiore, atque hoc modo considerari est objectum actus interni, & specificativum ipsum per suam bonitatem objectum, vel malitiam quam habet independenter ab eo per conformitatem, vel disformitatem ad legem; alio modo considerari potest in executione, & prout est in re, quo patet effectus illius, & ab eo recipit bonitatem, vel malitiam, & ad utramque communis; non vero de bonitate ipsa prima, quam quod 18. expressè docuit ab objecto deluum. Deinde subdit alteram conditionem ex objecto deluum, nam si objectum est rationis convenientes, actus est bonus, si vero dicitur, veniens, actus circa illud ex parte malis; quare sicut per primum conditionem intellectum primum requiritum ad bonum, & malum, scilicet habitudinem actus ad efficiens, per quam intelligit libertatem, ut ipse explicabitur per secundam conditionem intelligit habitudinem actus ad objectum, quod si sit convenientis aut actum esse bonus, si inconveniens, malum; quo autem tenui ibi dixerit bonitatem ex objecto deluprum esse genere, quo etiam nomine eam appellat. D. th. q. 8. cit. art. 2. postea explicabitur. Probatur autem, quia omnis actus specificatur ab objecto in genere natura ex 2. de anima; ergo pariter in genere moris actus erit bonus propter bonitatem objectum, & quia tenui in objectum bonum: consequentia probatur, quia actus in sua esse, sive naturali, sive moralis communitatur per ordinem, & habitudinem ad objectum ergo per talen habitudinem ad illud suum accepit specificacionem, siquidem actum specificari ab objecto aliud non est, quam esse ipsum communiter per ordinem insecum ad illud. Contra genere artis quicunque est actus bonus respicit objectum conformem regulis artificiali bus ergo pariter in genere moris actus ad hoc, ut sit bonus, tendere debet in objectum, prout conscipiantur, vel propter bonitatem, vel malitiam.

Neque dicas id tantum habere locum in objectis intrinsecis bonis, vel malis, non autem in illis, que totalem bonitatem, vel malitiam habent à lege praepiciente, vel prohibente. Nam etiam ab illis objectis delumitur, non quidem secundum se confidatur, sed quatenus praepice, vel prohibe: lex enim praepiciente, vel prohibente objecta de se indifferentia, repone in determinata specie virtutis, vel virtutis: & praepiciente ad actum abstinentia ponit illum sub virtute temperante, & oppositione sub virtute intemperante: qua de causa dicimus actus praepceptos, vel prohibitos non specificari iuxta specificacionem praceptorum, sed iuxta specificacionem objectorum, que precipiantur, vel prohibentur.

178. Ad rationem dubitandi propositum nu. 176. varie sunt reflexiones, ut videre est apud Arragam disp. 14. c. 4. Morand. trah. 1. q. 2. 23. Suarez disp. 2. cit. c. 1. & alios, quafi difficultatem continet magni ponderis; sed communis responsum sufficit, argumentum nempe probare solidam bonitatem, vel malitiam moralem non sumi ex objecto materialiter, & in esse relsum: sed formaliter, & in esse moris, & secundum diversas moralitates objectivas, quas unum, & idem objectum mate-

Quæstio IV. De Bonitate, & in utilitate & actu humano. Art. II.

rialiter accedere physica entitati cuiuscumque actus humani ratiatim immediata est ab ipsa voluntate eliciti, quam dixi q. 4. c. 1. art. 2. n. 19. esse Sciri, & D. Bon. & valde communem inter Recentiores ibi citatos praetulit Caet par. 2. q. 4. c. 19. art. 1. Medin. ibid. c. 3. Valquez disp. 5. c. 2. Curie, L. Zazza, & Salamanicensis magis probabilem: tamen in totum genus moris, accedit toti generi naturae; conseqüens etiam est; ut eidem accidant omnes moralitas species; & facile probari potest ex fundamentis ibi justis. Et quidem loquendo item de actibus, qui non sunt in intellectu boni, vel malii objecto, sed dicuntur bona propter, & malii, quia prohibiti ibi probantur ex h. 1. pollicendum ex actum voluntatis elicitatione transire de bo in malum; quod probavit exemplo continuationis actus ex voluntate carnis, quem quis electum hora licita ex delectatione cibis, & in eo perseverat, ac ex eodem formaliter motivo etiam aduenientem tempore prohibito. Dices, hic esse sermonem de actu elicito ex motivo honestatis precise, quod statim cessat adveniente prohibitione non sit, non autem ex motivo delectabilis, quod moribus perstare potest etiam post probationem quia proprie Arriaga a. disp. 14. c. 4. concedit quidem in actibus veritabilibus circa objectum delectabilitatis, quia talia precise, moraliter esse accidentem, quibundam tamen affectiose elementum qui inimicu bonitatem, vel malitiam ex objecto honesti, vel honesto deluum. Ceterum hoc idem probari potest de actu elicito ex motivo honestatis ut arguit Valquez loc. cit. non potest habere quis voluntatem celebrandi nisi ab inlevandas defunctorum animas, que sane voluntatis non potest Ecclesia interdicere nisi bona, & honesta ex objecto delectabilis, ut ignoratio, & perstet, ut perstet, ut ignoratio potest, in eodem actu ex professo voluntatis celebrandi misam cum tacem intentione inlevandi animas defunctorum: tamen actus fine rubio est malus, perinde ac in idem actus voluntatis mutatus considerari expelli in celebrationem Missa in Ecclesia interdicta cognita, ut talis actus enim volenti celebrare missam in Ecclesia interdicta, sive cogitata habeat circumstantia, & expresse volita, sive culpabiliter ignorata, & perstet, ut ignoratio potest, in eodem actu ex professo voluntatis celebrandi misam cum tacem intentione inlevandi animas defunctorum: tamen actus fine rubio est malus, perinde ac in idem actus voluntatis mutatus considerari expelli in celebrationem Missa in Ecclesia interdicta cognita, ut talis actus enim volenti celebrare missam in Ecclesia interdicta, sive cogitata habeat circumstantia, & expresse volita, sive culpabiliter ignorata, & inuidet volita, est judicium species in genere moris, contingat eadem malitia species; cum ramen, quando circumstantia est indirecta, & interpretativa tantum volita, actus volenti celebrare missam sit omnino item numero physic, dum sit bonus, & postea dum sit malus.

Dices presupponit in celebrante illa culpabilis ignorantia mutat actus tam ingloriosus, quam voluntatis, quia vir voluntari elicitor hic actus, non obstante interdicto celebrare & præcedit iudicium illa esse factendum, variata autem cognitio, varia actus. Contra, quia ex hoc inferatur tantum maturi acti in genere moris, non autem in esse physic, quidem non invenit quicunque nova cognitio ad novum affectum sufficientem, vel ad murandom amicum; aliquo quicunque exhortatur aliquis, vel ratione adducetur iudicent, ut actum hunc, vel illum omittent, non possem cundem a facili continuare, quod patet esse falluum; sicut etiam quicunque intentiones fuerint alii, ut defacti in peccatum in omnibus circa bonum delectabile, interrumpetur affectus poterit ergo celebrans ex motivo animas levabendi & contumiae, affectum celebrandi non obstante aliqui nouit interdictum, & tunc idem actus physic fieri de bono malus. Contra hinc intervenerat in catu polo virtualis illa, seu interpretativa voluntate celebrantis in genere physic, sed tantum in esse moris; nam identitas, vel diversitas actus in genere physic attendunt ex identitate, vel diversitate motivi formalis, & expresse precise, non autem virtualis tantum, ac interpretativa, ut & arguimus de actu elicito ex delectatione moris, cum ergo in proprio perstet item motivum formalis, & expresse, si licet, inlevabendi, defunctionis animas ante, & post mortis interdictum, consequenter ius in numero actus perstet, Tamen quia quod proprieta ignorantiam culpabilem includatur in expreso illo affectu, & voluntate alla voluntas interpretativa, & virtualis, non sufficit, ut substantia actus form illi, & expressi motus; nam affectus virtualis, vel interpretativa, non sufficit, ut actus, nec aliquid physic immutatus affectus expresti, & formalis; habere enim virtutem affectum ex illa ignorantia, nisi alud est, quam sine expresti voluntate portare de peccato.

Dices rursum ut ille affectus continetur idem, debet ferri in objectum sub ratione honesti, quia huius ratione supponitur usque ad initio elicitus; sed tunc aliqui nouit interdictum, & effectus ratio honesti in objecto ergo non perstet iudicari actus; non potest, quia habita aliqui nouit interdictum celebratio non potest amplius apprehendit, ut honesta ex quocunque motivo fiat. Hic conflit totus difficultas punctus in quo varie sunt responsiones; sed breviter in his dicendum videtur, quod cum in prafato calo interdictum fecis, vel culpabiliter ignorans continuo affectum celebrandi misam ex eodem

Disputatio Quinta. De actibus Humanis.

motivo honesto, nempe animis defunctione subvenio; tale actum continuo honeste adiuge, non quidem in esse moris, sed in puro esse naturae; si tamen enim, ac actus celebrandi procedit ex ignorantia culpabilis interdicti, motivum ejus non amplius censetur esse honestas virtus, cum virtus confitas in coextentia ad prudens dictam, quod in talis case non habetur; quia dictum ex ignorantia culpabilis imprudens est, ac temerarium; remaneat itaque idem motivum solum in esse naturae ideo, pura naturali honestate in recordatione erga defunctionem animas ne movere a habeat in celebrandum, & confirmandum ejusdem celebrationis effectum, & con sequenter maneat idem actus in esse naturae ex quo pacto dicentes in mente remanere honestatem alioquin habitus virtutis in itatu prudentia acquirent, honestatem minime vero naturalem, non vero moralēm; & honestam illum operari in alieno exercitu illius habitus exercit g. dandi elemosinam, vel lemniscam, & huc responso, que inuitatur a Medina, magis aridet, quam illa allata a V. I. quez loc. c. ubi hoc secundum argumentum probat contra actuū malum eundem posse fieri honestum, si minime: cum norita interdicti inciperet affectus celebrandi ex motivo honestatis naturalis, tunc enim actus ille malus est ab initio, & postea efficiens interdicto fieri bonus in genere moris manens idem in esse naturae.

185. Respondeamus Amicis, negando posse voluntatem eundem actuū ex honesto motivo inchoatum, accedente circumstantia mala, ex eodem motivo continuare; nam circumstantia de novo adira collit ab obiecto honestate, quae definiunt per ordinem ad omnes circumstantias, & conformata ad rectum rationem, qua in ea casū practice conferunt obiectum non esse prosequendum; sublatu autem motivo honestatis, repugnat manente eundem actum, qui a motivo essentiālē pendet. Quam responsonem confirmat, quia ut honestas moveat voluntatem, quatenus honestas formaliter debet mouere, ut conformis est naturae rationale medio rationis dictamine; at honestas, quae coniunctam habet aliquam circumstantiam malam, non potest hoc modo mouiliter moveare. Sed huc responso tollitur ex modo dicitur; quia licet ex circumstantia de novo accidente est in obiecto honestas moralis, quatenus amplius mouere nequit voluntarem conformiter ad rectum, & prudens dictam rationem, adiuge tamen mouere potest sub ratione honesti naturalis; fui quia ambulare vel ob latitatem conservandam vel manducare ob vita sufficienciam: talis actus, vel affectus interioris ambulandi, vel comedendi, vel moraliter bonus, & ex proprio motivo honestas est clivis; & adiuge in fali actu per reverentiam affectuē superius prohibitus, quo causa illi evaderet malus, neque contrariae amplius ex mortivo honestatis moralis, quatenus talis, sed ut simpliciter naturalis; adiuge tamen manere idem actus in esse naturae, quia honestas moralis & naturalis in obiecto non sunt rationes distincte realiter, sed est una, & eadem physica honestas, quae superaddita conformitas ad regulam rationis dicitur moralis honestas, & ea sublatu remant in suo puro esse naturali; & quia existens physica actus humani sumbit ex obiecto nude sumptuosa in esse naturae, non autem, ut sublatu regulari ratione; quoniam cum talis subiecto ponat in ipso denominationem tantum extirpare, neque sub talis ratione in actu influere, ac physicae praefacte hinc est, quod cessante conformitate ad regulam rationis, & per reverentiam adiuge motione physica ipsius honestatis naturalis, continuatur idem actus in sua natura facta in ipsa sola mutatione in genere moris.

186. Quo autem ad alios actus, qui dicuntur intrinsecē boni, vel malefici illi transire nequeant de bonitate ad malitiam, aut contra: adiuge tamen boni fieri possum non boni, & malum non ex eo quod accedit, vel recedat libertas, aut aduentitia rationis quod sufficit, ut ne nobis, nec malitia moralis dicatur ei⁹ essentia in esse naturae; probatur adiungam, quia quantumcumque actus aliquis sit in intellectu bonus, vel malus in genere moris potest idem numerus & non liber defectu aduentitia fieri, sed accedente debita reverentia, ut conflat de moribus primō primis: & contra quā modo erat liber, reverente debita reverentia fieri potest non liber, uno, & in amēta contumacia: agitur potest idem numero actus de bono fieri non bonus, autē contra, & partem de malo non malus; & contra, con sequenter patet, quia libertas est fundamentalis rationis generis moris ex dictis q. 1. art. 1. quia proinde sublatu nulla remanere potest bonitas, vel malitia moralis in actu. Respondeamus Amicis disp. 1. q. 11. art. 4. libertatem non conferre bonitatem, vel malitiam actus, sed hanc vel illam supponere ex obiecto, idque ut actus sola libertate fiat ex non bono bonus, supponit debet, quod habeat moraliter bonitatem ex obiecto, atque actus defectu adiungit necessaria elicitus non potest habere moraliter bonitatem ex obiecto, quia nequit actus ex obiecto honestate accipere, nisi teritor in illo in experientia cogitare; hoc autem fieri nequit sine sufficienti aduentitia ad honestatem obiecti, atque ideo implicat eundem actum de-

Quæstio IV. De Bonitate, & malitia actus humani. Art. II.

279

matē specificam; nisi tenus eum interpretatur, & sequitur Vulpes disp. 69. art. 2.

189. Communis sententia est bonitatem, vel malitiam actus humani ex obiecto delumptum, esse specificam etiam specie infinitam, que etiam expressa fuit Scotti secundum quæ ultima prolog. in solutione ad 3. Henrici lit. G. ubi autem obiectum est id, a quo primō actus specificatur in genere moris, sed etiam locis citatis, ubi cum inquit bonitatem ex obiecto esse ulterius contrahibilem per bonitatem ex circumstantiis, tanquam per differentias, plane non intelligit de vera, & propria contractione generis per differentias specificas, & essentialias, sed de contractione aliquas potentialias per differentias, veluti accidentales; ita expressa loquitur 2. 6.7. & quol. 8. quibus in locis triplicem bonitatem moralem in actibus distinguunt; primam ex obiecto, quam vocat ex genere, secundam ex circumstantiis, quia appellat virtualem; & tertiam meritioram, & gravitatem ex divina acceptatione in ordine ad primum, quod postea declaratur inquit, quod prima bonitas moralis, scilicet ex obiecto, ideo potest dici ex genere, quia est quasi materialis respectu omnis bonitatis ulterioris in genere moris, nam actus transiens super obiectum est quasi formabilis per quamcumque aliam circumstantiam moralēm, & ita quasi potentialis non omnino extrā genus moris, scilicet fuit ipid actus in genere naturae, sed in genere moris, quia iam habet aliquid de illo genere, puta obiectum convenientis actus; hoc Doctor, ex quibus liquidō confat per bonitatem ex genere nequiam intellexisse bonitatem genericam propriam sumptum, sicut nec per bonitatem ex circumstantiis intellexisse specificam; sed tantum in eo tenus eam vocat bonitatem ex genere, quatenus est ulterius accidentaliter caput alterius bonitatis accidentalis, tam moralis ex circumstantiis, quam gravitatem & meritioram ex divina acceptatione; & in hoc tenus Scottum expounit, & intelligunt, nesciunt nolentes, sed etiam exteri Vazquez, Amicus, Calpenis, Arriaga, Morandus, & alli: in hoc tamē tenus concedit post aliud humanum suum quoque genericam bonitatem accipere ab obiecto a quo accipit specificam, quatenus ille, sicut considerat numericē, & individualiter, suam individualem bonitatem formalem (unit ex numerica, & individuali bonitate obiectiva obiecti); & quatenus consideratur specificē eam quoque delimit ex bonitate obiectiva specifica ejusdem; ita patet considerat lectionem gradum genericō bonitatis formalis, eam definit ex obiecto secundum bonitatem obiectivam genericē inspectam; qui ordo in gradibus metaphysicis abstrahendis etiam in ceteris observatur.

190. Probat autem conclusio, quia omnis actus etiam in genere naturae suam speciem ab obiecto habet; ergo etiam actus moralis suam fortitudinem speciem ab obiecto in genere moris, scilicet, bonitatem, vel malitiam; quod amplius declaratur, quia cum consideratur pecularis ratio obiecti in actu amoris, vel odii Dei, aut in actu iustitiae, vel iniustitiae, & similibus, communiter omnes reputant se id considerare in quo bonitas, vel malitia specifica insimilis eiūmodi actuum consilii; ratio enim obiectiva v. g. proprii vel alieni uxoris non solum datum bonitatem vel malitiam genericam acti, sed scilicet finis sibi, si erga propriam; vel malus, si erga alienam; sed etiam bonitatem, vel malitiam specificam insimilis actus matrimonialis, vel adulterii. Dat vero etiam bonitatem genericam, quia si obiectum actus boni confidetur, non ut luc, vel illa ratione bonum, sed ut solutum bonum, vel rationi contentaneum, generatim istud solum concipiendio; non est dubium, quin bonitas etiam genericā accipiat quoq; obiecto, ita generatim considerato, & patet est de malitia discurrendum Conf. quia bonitas, quam accipit actus ab obiecto, potest effi finis una bonitate ex parte circumstantiarum, si nimirum aliquis circumstantia non sinit volit, aut precepta ergo talis bonitas est specifica, non genericā; probatur consequentia, quia nulla potest daratio genericā sine specificā; ergo si dari potest in actu bonitas accepta ab obiecto est aliqua bonitate accepta ex circumstantiis: iam illa bonitas estneque specifica, alias datur genus extra species.

191. Ad rationem dubitandi negatur adiungam quod secunda pars: cum enim actus illi solo velo velo vivere, & similes sint in exercicio singulares, scilicet circa obiectum universale; omnino debent esse aliquas determinatas specie in genere moris, licet innominate, quam utique sumunt ex obiecto; quamvis enim illa ratio obiectiva honestatus, seu observantia totius legis in elle relata quod rationem formalem que fit aliquid commune, & valde genericū; tamen in esse obiecti, seu quod rationem formalem sub qua est aliquid speciale; & ita potest tribuere specificam, & speciem rationem bonitatis actus, qui in illam tendit, etenim sub hac ratione est determinatus quid in esse obiecti, hoc est, potest esse obiectum cuiudacum actus determinatus, qui possit habere suam speciem in ordine ad illud obiectum sub ea abstracione consideratur; si actus intellectus terminatus ad substantiam in communī habet suam speciem at hominem per ordinem ad illud obiectum, nam eo ipso est voluntum quacumque ratione, unde regula generalis quod dignoscendum malitiam essentialē vel accidentalem in actu erit hæc: quod illa species malitiae, debet conferri prima, & essentialis in actu, que numquam mutatur illa vero accidentalis, que mutatur manente adiuge in eadem specie moris, si quod illa malitia dicitur prima, fine qua actus secundum substantiam moralem esse non

Meld. In Secunda. Sentent.

S 4 potest